



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

12 Quæ bona vxoris censeantur publicata publicatis bonis mariti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Quæ bona vxoris censeantur publicata, publicatis bonis mariti.

- 1 Nulla bona vxoris publicantur.
- 2 Non publicatur eius dos.
- 3 Item nec bona paraphernalia, nisi alio titulo vxori quaesita.
- 4 Potest vxor innocens omnia sua bona publicatis bonis mariti propria auctoritate capere.
- 5 Quæ ratione debeant mulier prebare bona habere, ne siscus usurpet.
- 6 Quid teneatur siscus facere dum non soluit.
- 7 Dos, reliquæque bona vxori non solum quoad proprietatem, sed etiam quoad vfum fructuum non publicantur, publicatis bonis mariti.
- 8 Publicatis bonis mariti, non publicatur quarta pars illorum bonorum debita vxori inopi.
- 9 Limitatur, vt non procedat, quando hac mulier bis in siscus sit.
- 10 Mulier nubens scienter hæretico, dotem perdit.
- 11 Negat Sanchez alia bona extra dotem amittere.
- 12 Probabilis censio opposita.
- 13 Quid si à principio ignoranter processit non debent eius bona publicari.
- 14 Satis sit fundamētum num. 11. adductis.
- 15 Quid si maritus ducat vxorem hæreticam, priuandus non sit bonis, sicut de vxore hæretico nuptentel Negat Sanchez.
- 16 Contrarium videtur probabilis.

Regula generalis est, nulla bona vxoris publicari ob crimen mariti, etiam si læsæ maiestatis sit quia pœna sue tenet auctoritas, nec vitiosus contra eos progreditur, qui procal fuit à delicto. l. sanctorum, c. de pœnis, c. l. ob matrimonium C. vxor pro marito.

Hinc fit primò dotem vxoris non publicari. l. quisquis, §. vxores sane, C. ad legem Iuliam maieft. c. in l. si qui possit, C. de bonis proscriptis. & in crimine hæreticis est textus expellens in cap. decretis, de hæreticis, in 6. vbi Innocentius I. V. arguit propter hæresim maritorum, vxorum catholicarum dotem non debent confisari. Excipit tamen Pontifex, nisi forè mulieres ipse cum viuis matrimonium contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant, quia tunc in pœnam delicti commissi, & periculi peruersionis, cui se mulieres exponunt, publicantur.

Secundò fit non publicari bona paraphernalia, vel alio titulo vxori quaesita, quia vxoris sunt. Tertio neque arthas, seu condum Hispanum vium, hoc est, donationes factas vxori propter nuptias ab sponso, nisi tunc sponsus fuerit hæreticus, quia in tali casu omnes donationes à puncto commissi delicti infirmantur; quia omnia eius bona sunt obligata sisco. Quarto neque donationes vxori factas à conlanguinis mariti, nisi donans expresse voluerit, vt maritus acquireretur, quod ratio fit: nam esto contemplatione mariti vxori donatur, potest donans, velle, vt vxori acquiratur: & ita velle regulariter præsumendum est. Nam, esto grauiissima sit questio, an donata à conlanguinis vtrius coniugis, alteri ab eo cui donatur, acquirantur, & plures Doctores fitent in casu dubio non donatario sed alteri acquiritur: vt videri potest in Sanchez disp. 26 lib. 6. de matrim. ar. l. ut sententia tot limitationes apponit, vt vix casus deus, in quo donatio donatario non acquiratur. Quapropter censio regulariter donatario acquiritur, & pluribus relatis docetur Pegna 3. part. quest. 111. comment. 160. vers. sic. negat Farinacius de heresi quest. 190. num. 46. Quinto fit in regno Castellæ, vbi lucra diuiduntur per æquales partes inter coniuges. l. 5. tit. 3. lib. 5. compilat. mediam partem lucri vxori innocenti acquirunt non publicatis bonis mariti: & generaliter quod acquiritur ab vxore constante matrimonio non publicatur, publicatis bonis mariti, docetur Pegna supra Farinacius num. 47. Grat. ff. l. 2. de off. cap. 11. num. 33. Sextò donationes factas vxori à marito constante matrimonio licet probabile sit publicari, vt defendit Valquez. 1. 2. disp. 169. cap. 1. num. 4. Azor. con. 1. institutionum moralium, lib. 5. c. 7. quest. 8. Simancas de castro. l. in sicut. tit. 9. n. 10. Bonacina disp. 3. de contractibus, quest. 8. punct. vltim. num. 16. At probabilis existimau non publicari, eo quod morte ciuili mariti videantur hæ donationes confirmari quoad effectum, ne transferantur in siscum. Et ex his constat quod dicendum sit de veltibus datis vxori à marito credo enim, siue viles sint, siue pretiosæ, non publicari; quia semper præsumi debent esse illius, cui sunt donata, & motu eiuili donantis confirmari respectu donatarij. Hæc omnia: ita breuiter, & summatim dixi; quia supponunt difficultates alterius loci, & quia in his communiter Doctores conueniunt, vt videre est in Farinac. part. prax. qua. 25. à num. 111. vsque ad 157. c. de heresi quest. 190. §. 3. à n. 43. Lyac. 3. pare. directior.

Quarto limitatur in crimine læsæ maiestatis humana, commisso tamen contra Principem, vel reipublicam, hoc enim solum crimen est, ratione cuius filij successione paterna priuantur, ex l. quisquis, C. ad legem Iuliam maieft. & tradit glossa l. eorum, ff. ad legem Iuliam maieft. vbi late probat non extendi ad alia crimina læsæ maiestatis contenta in l. 1. 2. c. 3. ff. ad legem Iuliam maieft. & hanc glossam sequitur Clarus in §. læsæ maieft. num. 15. vers. scilicet. vnum tamen. Menochius de arbitrar. l. 2. casu 316. num. 29. Farinacius lib. 2. prax. quest. 115. §. 3. num. 123. & alij apud ipsos.

Duplex restat examinanda difficultas. Prima de filiabus, an propter crimen læsæ maiestatis commissum à parentibus, ratione cuius bona parentum publicantur, referenda illis sit legitima.

Respondeo esse referendam de bonis maternis, secus de paternis bonis: ab his enim omnino excluduntur: textus est expellens in l. quisquis, §. ad filia. C. ad legem Iuliam maieft. & redditur ibi ratio huius fauoris, quia propter sexus infirmitatem minus aulæ creduntur formine, difficultatibusque paternos deprauatos motus imitatur: sic gloss. ibi verbo filiabus & verbo minus aulæ. Gigas de crimine læsæ maiestatis, l. 3. rubr. de pœnis quas filij incurruunt, quest. 14. num. 1. c. seq. Anton. Gomez de delict. cap. 2. rubr. de crimine læsæ maiestatis, n. 13. vers. filia verbo Farinacius pluribus relatis, quest. 115. §. 3. num. 94.

Verum etsi his filiabus non debeatur legitima ex bona parentis committentis crimen læsæ maiestatis: at debetur illi dos, casu quo aliunde non habeat, quia iure naturæ obligatur pater filiam dotare. l. fin. C. de dotis promiss. Si autem pater huic obligationi non satisfecit, ad hæredes ipsius transit, vt rectè Bartol. in l. si maritus. §. si voluntate, c. in l. insulam, c. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. Alexaud. in l. que sum §. si ipsam, de priuilegijs credito. Ergo cum siscus loco hæredis succedat parentis bonis publicatis; consequenter obligatur filias dotare: sic Dynus in l. insulam in princip. ff. soluto matrimonio. Bartol. in l. fin. C. de dotis promissione, & pluribus firmat Farinacius quest. 24. n. 46. c. 47. Gigas, de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. de pœnis, quas filij incurruunt, quest. 14. c. 15. Roland. consil. 73. num. 23. volum. 23. Clarus, in practica crimine læsæ maiestatis, vers. sic. hæc autem pœna. At in crimine hæreticis videtur propter exitu atrocitatem quacumque legitima, dote, & successione materna, & paterna, si ab vtroque parente commissum sit, debere filias priuari; si ab vno, omnia, quæ ab illo debebant illis prouenire: esto supradicti Doctores eodem modo videantur loqui de hoc crimine, ac de crimine læsæ maiestatis humanæ, & textus in cap. vergentes, de hæreticis, illa comparat.

Secunda difficultas est, an saltem alimenta referenda sint filiis committentium crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ.

Negat communiter Doctores referenda esse, sed sola vita ex misericordia, quia, vt dicitur in l. quisquis, C. ad legem Iuliam maieft. c. cap. vergentes, de hæreticis, tales debent esse in hoc mundo, vt eis vita sit supplicium; & mors solatium, sic docet Patrus Sardus de aliment. tit. l. 1. quest. 31. & pluribus relatis Sanchez lib. 2. cap. 16. num. 26. multis tamen ex illis loquuntur de legitima, non de alimentis iure naturæ debit.

Nihilominus probabiliter non videtur carere saltem in crimine læsæ maiestatis humanæ, filios est priuatur hæreditate, ac legitima patris criminofii non priuari tamen alimentis, sed de illius bonis alendos esse: sic Ioan. Baptist. Plot. consil. crimin. diuers. l. 30. sub num. 84. c. 85. lib. 1. Socin. consil. 30. num. 3. lib. 1. Ripa in l. ex factis, num. 9. ff. ad Trebellianum Lupus in repetit. cap. per. vstra, in 3. notab. num. 15. de donation. inter virum, c. vxorem. Franc. Bec. consil. 8. num. 7. Amilian. consil. 139. num. 2. c. consil. 164. num. 4. quos omnes refert, & sequitur, Farinacius lib. 3. prax. quest. 115. §. 2. num. 128.

Sed inquires, an filij horum reorum in foro conscientie abscondere possint ad sui sustentationem aliquid de parentum bonis, quæ publicata sunt ob crimen hæreticis, vel læsæ maiestatis si illis non referentur alimenta? Absolutè affirmat Guillelmus Benedict. cap. Raynuius, de testament. verbo c. vxorem, decis. 5. num. 286. id fieri posse: credit tamen Sanchez lib. 1. cap. 16. num. 27. id esse intelligendum in sola extrema necessitate, in quo casu omnia sunt communia. At ego existimo non solum in hoc casu, sed quoties gramem inde passuri sunt necessitatem, posse ea abscondere, & retinere, quæ hoc detrimentum exculent. Moueor, quia in illo conflictu probabilissimum est obligationem esse sisco elemosam nam elargiendi item in illo casu non tenetur debitor debitum creditari reddere, & ita tradit Bonacina disp. 3. de contractibus, quest. 8. punct. vltim. §. 1. num. 15. sine iunctis his quæ dixit disp. l. de restitut. quest. vltim. punct. 1. n. 37. vbi relato Rebello Nauarro; Clau Regia probat obligatum cedere bonis suis posse abscondere, & retinere, quantum necesse est, ad tenuem sui, & eorum quos alere tenetur, sustentationem; iuxta suum statum eo quod ad restitutionem nullus teneatur cum tanto suo incommodo.

quasi. 111. & ibi Pegna comment. 160. Vasquez r. 2. dispue  
169. cap. 1. & L. Azoi tem. 1. lib. 5. cap. 7. quest. 8. Sanchez lib. 2.  
tit. 17. Bonacina disp. 3. de contractibus. quest. 8. p. 111.  
cap. 16. Manuz lib. 5. recipiat. l. 10. glossa 1. & sequentib.  
& aliis.

4 Aduerto omnia supradicta, dotem, arthas paraphernalia,  
medietatem lucri, & quidquid con ugis innocentis proprium  
est, p. publicatis bonis mariti; propria autoritate cape-  
re, ex l. si quis possidet. C. de bonis prescriptorum. Nam licet de  
iure eorum sit; neminem in re propria habere manuum in-  
rektionem l. si quis in tantam. C. unde vi. & l. extat. ff. quod  
iuris causa. Hoc tamen vxori, quasi in prerogatiuum ma-  
riti conceditur, vt res proprias, detentas a viro, cuius  
bona publicatur, propria autoritate occupet; sic tradit San-  
chez lib. 2. cap. 17. num. 3. sine, cum Ioan. Lupo rubric. de do-  
tatione. inter virum, & uxorem, §. 66. num. 18. versic. pra-  
dicta sunt intelligenda. Conrad. in pract. tit. de bonorum pu-  
blicat. num. 9. versic. subiungit. tamen Farinacius 1. part. prax.  
quest. 25. num. 119. Verum si dos, & alia quae naturam dotis  
nanciantur, non sint in propria specie, sed vxor bona mariti  
habeat obligata, & hypothecata doti, licet regulariter hy-  
potheca non tribuat creditori priuilegium retentionis: fau-  
ore dotis contrarium statutum est, si simul cum hypotheca  
dote illorum bonorum retentio, & possessio; ratione enim  
possessio, & hypotheca poterit vxor impedire confiscatio-  
nem, quousque sibi de dote plene fuerit satisfactum: sic ex  
Bald. Roland. Boffio, & aliis docet Farinacius num. 118. vbi  
ex quadam decisioe Rotae probat non esse necessarium, quod  
vxor de aier bona mariti possideret iure hypothecae, quia suf-  
ficienti cautam possiderentis. Dixi, si simul cum hy-  
potheca, & obligatione concutatur possessio, & retentio illo-  
rum bonorum ab vxore; solo enim hypotheca, si non habet  
cautam constituit, non impedit dote confiscationem; esto  
possit a sico repetere: sic aliis relatus docet Boffius de vno-  
rum publicat. num. 63. Clarus quest. 78. versic. quaro. C. gas de  
crimine laesa maiestatis, lib. 3. tit. 1. quest. 18. sine. Roland. cen-  
sus. num. 39. vol. 1. Farinacius quest. 25. num. 116. ac si elau-  
sulum constituit haberit vxor in instrumto dotali poterit  
confiscationem impedire, quousque de dote sibi fuerit satis-  
factum, quia ratione illius clausulae, dominium, & possessio  
bonorum transferretur, vt notat DD. l. quod meo, ff. de acqui-  
rad. poss. sic Roland. & Farinacius supra.

5 Secundo aduerto non sufficere dotem, & alia relata  
est a viro contenta in quolibet instrumto, vt publicatio  
impediatur, nisi simul per testes, vel fidem tabellionis, aut  
inter content de illius reali traditione, & numeratione; alias  
sico non prauidetur. l. si quis possidet. C. de bonis prescrip-  
tis. dos etiam, §. l. 1. C. de dote cauta non numerata, &  
trahit omnes. Quapropter poterit sicut, sicut & quilibet  
alios heres aduersus vxorem vii exceptione non nuncie-  
rate dotis; etiam in instrumto renuntiarum fuerit ex-  
ceptioni non numeratae dotis. Farinacius de haresi, quest. 190.  
num. 48. & tradit Vmbert. Locat. post iudic. inquisit. quest. 13.  
Debet tamen opponere exceptionem intra annum a die mo-  
ris mariti, vel illius condemnationis. sic Vasquez 1. 2. disp. 169.  
cap. 1. Simancae de catholice. institut. tit. 9. num. 69.  
Sanchez lib. 2. cap. 17. num. 5. Et ratio est; quod in hac parte  
sicut non vitur priuilegio, sed succedit loco heredis, & si-  
cut heres transacto anno non potest opponere exceptionem  
non numeratae dotis, neque sicut poterit. At salua pace tan-  
torum virorum, nescio quo fundamento tempus ad oppo-  
nendam hanc exceptionem limitetur ad annum, cum videatur  
expresse decernum esse concessum in authent. quod locum,  
C. de dote cauta non numerata. & tradit Farinacius quest. 25.  
num. 122. sine.

6 Ex hac doctrina infert primo optime Sanchez illo cap.  
17. num. 8. sicut teneri alimenta praestare vxori, dum do-  
tatione non soluit, quia succedit loco heredis, qui ad id tene-  
retur ex quod alimenta sunt dote annexa. Secundo infert num. 9.  
de vxore haeretica, consensu vxoris iurato vendat fundum dota-  
tionem, quem ob haereticum vii vendidit sicut, posse vxorem  
illam repetere; quia non debet sicut, detrimto vxoris locu-  
plere. Nec valet dicere vxorem non posse repetere fundum  
hoc alterum ad emptore ob consensum datum, quia nouum  
non est, vt quis ex alterius persona consequatur, quod ex se  
consequi non valet. Consequitur autem ex eo quod sicut ius  
habet alienationes reuocandi factas a delinquenti a tempore  
commisit delicti: quia reuocatione facta succedit vxor in fundo  
dotali contentente Simancae tit. 9. num. 75. Farinacius de haresi,  
qua p. 190. num. 84.

7 Quadruplex restat examinanda difficultas.  
Prima, in publicatis bonis mariti publicetur vsum fructus do-  
tis vxoris eo tempore quo ipse maritus illo potuitus erat: Ra-  
tio dubitandi est, quia vsum fructus dotis est mariti tempore vi-  
tae suae. Ergo cum sicut succedat in omnibus iuribus delinquen-  
tis, & in hoc vsum fructu delinquenti debito debet succedere. Ni-  
hilominus contrarium tenendum est, & affirmandum dotem, &  
sicut vxoris bona etiam quod vsum fructum praestare ad

vxorem, & non ad sicut. Ratio est, quia ob confiscationem  
factam maritus redditus est inops, & impotens vxorem alere;  
sed dos data est marito ad alendam vxorem. Ergo vxori est  
reddenda, vt sibi possit prouidere. Alias non esset licitum vxori  
(vt diximus) bona dotalia vsum fructum; neque illi reddenda essent,  
sed apud sicut essent mansura. sic expresse docuit Anton. Gome-  
z 1. 78. Tauri num. 4. cum Bald. Nouell. in tract. dotis, 7. part.  
principali 17. speciali, argument. textus in l. vbi adhuc, C. de  
iure dorum. Neque obstat vsum fructum dotis pertinere ad vi-  
rum constante matrimonio, quia pertinet ad virum ad effectum  
alendi vxorem: vnde reddita vxori dote, redditur & illi vsum  
fructus, quia cum proprietate consolidatur.

8 Secunda difficultas circa dotem debitam vxori inopi,  
iuxta authent. praeterea, C. unde vir, & vxor, vbi statuitur.  
Si vxor pauper sine dote, vel cum modica dote viro diuiti nubi-  
bat, quartam partem bonorum vii illi esse adiudicandam  
conferit lex regia 7. tit. 13. parte 6. Dubium ergo est, an  
publicatis vii bonis publicetur hac quarta pars: Rationem du-  
bitandi fecit, quia illa quarta pars, quae loco dotis est assigna-  
ta vxori, non est illi debita viuente marito; sed est sicut  
legitima, quae non debetur filiis patre viuente, sed post illius  
mortem; at publicatis bonis patris, publicatur filiorum legiti-  
ma, praecipue in crimine laesa maiestatis. Ergo publicatis  
bonis mariti, publicabitur & hac quarta pars. Nihilominus  
communis sententia negat publicari publicatis bonis mariti,  
etiam ob crimen laesa maiestatis publicetur; sic Soenius  
confil. 121. num. 7. 16. & 17. volum. 4. Morus confil. diuersi 130.  
num. 41. & sequentibus. Farinacius quest. 25. num. 123. San-  
chez lib. 2. cap. 17. num. 11. Ratio ea esse videtur, quia ratione  
matrimonij contracti ex d. spositione supradictae legis obliga-  
tur maritus quartam partem suorum bonorum vxori pauperi  
concedere, sed debetis ex contractu tenetur sicut, sicut &  
quilibet extraneus hares satisfacere. Ergo & huic obligationi  
tenetur satisfacere. Neque obstat ratio dubitandi facta, quia  
mogis debetur hac quarta pars vxori, quam filiis legitima; si-  
quidem hac quarta pars debetur titulo oneroso, & ratione  
contractus matrimonij; legitima autem solum debetur titulo  
successionis, ac proinde virum non est publicari legitimam  
non tamen publicari hanc quartam partem. Adde huiusmodi,  
quattam partem minuere filiorum legitimam, & ex toto ha-  
reditatis cumulo extrahi debere, sicut quodlibet aliud debi-  
tum ex contractu factum: vt multis relatus docet Sanchez loco  
citato. Ergo non ex confiscatione legitime infertur hanc par-  
tem esse confiscandam. Quod procedit, etiam si confiscario  
ficeret vigore alicuius particularis statuti, & constitutionis, ad-  
huc illa quarta pars non publicabitur, nisi in tali statuto, &  
constitutione expresse cautum fuerit publicari; quia omne  
statutum confiscans bona intelligi debet, & interpretari secu-  
ndum ius commune. Item ea, quae debentur secundum ius com-  
mune, & titulo pietatis, & ex contractu reuocata non censetur  
quavis generali constitutione, nisi expresse de illis mentio  
facta fuerit. C. si propter, in verbo intentionis nostra de rescrip-  
tis, in 6. l. libertis, §. posthumus, ff. de aliment. & cibis legat. &  
ita tradit alios referens Farinacius quest. 25. num. 124. Idem  
quod dico de constitutione, dicendum est de consuetudine;  
quae non est praesumenda aduersus ius commune, nisi pro-  
betur.

9 Limitatur tamen haec doctrina, vt non procedat, quan-  
do hac mulier bis nupsisset, & a priori marito nollet quat-  
tam exigere: tunc enim non potest extrahere ex bonis secu-  
ndi mariti publicatis, quia non debetur eo quod pauper non  
sit, sic expresse Sanchez illo cap. 17. num. 11. sine. Cum Bar-  
tholom. Socin. diu. confil. 121. a num. 30. Poto inter consilia  
criminalia Zueri rom. 1. confil. 130. num. 46. At hoc intelligen-  
dum est, casu quo cum nupsisset secundo, haberet ius ex gen-  
di quartam a primo, possitque ex gere. Nam contingere po-  
terat perire ius exigendi quod habebat praescriptione. Item  
non habere priorem maritum bona, ex quibus illi quarta pars  
sustentationi competens adiudicari possit, in quibus casibus  
verè pauper est, & quarta debetur a secundo marito.

10 Tertia difficultas est circa publicacionem in crimi-  
ne haereticos. Diximus nonque dotem vxoris nubentis marito  
haeretico publicari, publicatis bonis mariti, si ipsa cognouisset  
eo tempore, quo matrimonium contraxit, virum esse ha-  
reticum; quia sic expresse notatur in dicto cap. decretum de ha-  
reticis, in 6. ibi, nisi mulieres ipse cum viris matrimonium contra-  
xissent, quos haereticos tunc esse sciebant, & tradit glossa ibi,  
Pegna dicto comment. 160. versic. in hac tractus. Bonacina  
disp. 3. de contractibus. quest. 8. p. 111. vbi §. 1. n. 16. Sanchez c. 17.  
num. 17. Farinac. multos referens, de haresi, quest. 190. §. 3.  
num. 52. & aduertunt Sanchez, glossa, Farinac. & alij in ca-  
su dubio praesumi ignorantiam, sicutque competere onus pro-  
bandi adfuisse in vxore scientiam haereticis, vt repelli possit a  
dotis vindicatione. Aduerto tamen hanc publicacionem dotis  
mulieris nubentis scienter haeretico non esse ipso facto, sed  
per sententiam, quia in suprad. cap. decretum, nullum est ver-  
bum hanc penam irrogans ipso iure. sic Sanchez lib. 2. cap. 17.  
num. 18. A qua pena omnino exempta erit dos, quae marito  
tradita

DE  
STR  
ALAY  
TON  
IB

ita fuerit cum onere, vt alteri soluto matrimonio restituatur: nunc enim sicut quodlibet aliud fideicommissum non poterit publicari in perpetuum, bene tamen pro tempore, quo mulier illo potiora erat, & ita tradit Bonacina *disp. 3. de contrahibus, quest. 8. punct. vlt. §. 1. n. 16. Sanchez. n. 19.*

11. Difficultas ergo est, an si scienter nupsit hæretico, debeat non solum in priuatione dotis condemnari, sed etiam in priuatione aliorum bonorum, quæ vxoris sunt propria, quæque diximus ob mariti hæresim, & publicationem suorum bonorum non publicari. Negat Sanchez *lib. 2. cap. 17. num. 22.* & Bonacina *supra, vers. aliqui videntur asserere.* Mouentur primo, quia textus in *cap. decreuit.* solum de dote loquitur, non ergo in penalibus est admittenda extensio. Secundo, quia datum videtur eadem generali pœna confiscationis afficere mulierem scienter hæretico nubentem, ac afficitur ipse hæreticus, quia in lucro acquirendo nulla videtur esse turpitudine, ob quam dignum sit confiscatione.

12. Nihilominus probabilis censo posse in omnibus bonis, quæ tunc habentur tempore contracti matrimonij, condemnari. Mouetur, quia supradict. textus in *cap. decreuit.* nihil statuit expresse de confiscatione dotis, sed per quamdam consequentiam sic confiscanda inferitur, in casu quo mulier scienter nupsit hæretico: inquit enim Pontifex, publicatis mariti hæretici bonis, non publicari vxoris dotem, nisi forte cum matrimonio contraxerit, scilicet esse hæreticum. Ergo textus nihil aliud voluit quam dotem ad confiscationem bonorum viri exemptam esse, excepto casu, quo mulier scierit esse hæreticum maritum. Sed ex eo quod dos sit exempta, probamus etiam & reliqua bona vxoris exempta fuisse. Ergo si in casu scientiæ non fuit exempta, in casu scientiæ reliqua etiam bona erunt comprehensa. Adde dotem ibi fuisse nominatam gratia exempli, & quia est id quod precipuum, & magis proprium est vxoris, non vt dispositio ad solam dotem coarctata sit talis sola dos, & non bona paraphernalia, & sponalitia largita in casu ignorantie erunt exclusa, quod est omnino falsum. Ergo in casu scientiæ dos, & reliqua bona vxoris comprehenduntur: & ita tenet Valquez *1.2. disp. 168. cap. 1. n. 13.* Simancas *de catholic. instit. tit. 9. n. 74.* Didacus Cantero *quest. crim. tit. de quest. tangent. ibi punit. delict. cap. 1. n. 23. fine. & num. 24.* Farinacius *de hæresi, quest. 190. §. 3. num. 94. in medio.*

Hi autem Doctores non solum extendunt ad bona possessa ab vxore tempore matrimonij contracti, sed etiam ad medietatem lucri constante matrimonio acquisiti: quod quidem vt verum habeat, est intelligendum, posse, inquam, in priuatione omnium illorum bonorum condemnari, non quidem præcisè ob delictum præteritum, quod commisit nubens scienter hæretico, sed quia sic nubens, & in tali matrimonio perseuerans suspecta redditur de hæresi, & faulrix hereticorum, & tanquam suspecta, & faulrix hereticorum damnari potest, secundum glossam in *dicto cap. decreuit.* in *figuratiōe casus, vers. in q. ipsa est de hæresi suspecta & vers. ideo contra ipsam.* ibi Ioan. Andr. verbo *scilicet.* Germinian. *num. 2. vers. nota.* Franciscus *num. 1.* Didacus Cantero *cap. 1. n. 2.* Farinacium *de hæresi, quest. 190. num. 50.*

13. At si à principio ignoranter mulier processerit, postea vero scierit maritum hæreticum esse, illumque comitursneque denuntiat; non ex hoc censenda est digna confiscatione bonorum, quia non debet censeri peccato illius consentire: facit Bossius loquens in crimine læsæ maiestatis humanæ, *tit. 1. n. 83.* Sanchez *lib. 2. c. 17. n. 24.* Peregrin. *de iure sisci. lib. 3. tit. 1. n. 83.* Clarus *lib. 5. recept. q. 78. n. 15.*

14. Ex his facile dissoluntur fundamenta Sanchez. Ad primum ex textu in *cap. decreuit.* iam probatum est ibi dotem exempli gratia, appositam fuisse, non vt dispositio ad dotem coarctaretur. At secundum non eodem modo puniri mulierem nubentem scienter hæretico, ac ipse hæreticus punitur: hæreticus enim punitur in confiscatione bonorum ipso facto, mulier per sententiam. Item hæreticus punitur aliis pœnis, quæ mulierem ob hoc delictum nubentem non comprehendunt. Ad tertium iam diximus, quia ratione condemnari possit mulier in bonis constante matrimonio acquisitis.

15. Quarta difficultas est, an si maritus ducat mulierem, quam certo nouit hæreticam esse, priuandus sit bonis ob hoc delictum, sicut de muliere diximus? Negat absolute Sanchez *lib. 2. cap. 17. n. 22.* consentit Bonacina *disp. 3. de contrahibus, quest. 8. punct. vlt. §. 1. num. 16.* Mouentur, quia textus in *dicto cap. decreuit.* loquitur de dote: maritus autem non habet dotem. Item mulier ob eius facilitatem, & marito subiectionem grauiori periculo peruersionis se exponit sic nubens, quam vir. Ergo cum non sit adequatè eadem ratio dispositionis in viro, ac in muliere, pat non est, vt eadem pœna mulctentur.

16. Farcior his rationibus me non conuincit. Tum quia iam diximus sub nomine dotis bona vxoris ibi fuisse comprehensa. Tum quia esto ob facilitatem, & marito subiectionem addit in femina grauius periculum peruersionis, quam in viro: at in viro ob passionem amoris soles grauius adesse. Qua ratione

tempore antiquo ita grauius prohibuit erat Iudæis alienigenas ducere, inquit enim textus *corinthios ad Iacob. 10.* Præterea in *supradicto cap. decreuit.* si bene ponderetur, non imponitur pœna amissionis dotis mulieri scienter hæretico nubenti, sed relinquuntur dispositioni iuris communis. Nam ibi solum dicitur mulierem nubentem hæretico dotem non perdere, nisi forte scienter hæretico nupsit: in quo casu non subiungit Pontifex debere perdere, sed id tacite innuit, vel potius dispositioni communi relinquit. Quapropter cum hæc pœna non sit ipso iure lata ob huiusmodi crimen, sed per sententiam imponenda; & præcipua causa huius dispositionis sit præsumptio hæresis in muliere sic nubente, si eadem præsumptio in viro adit, eodem modo ad amissionem bonorum condemnari poterit.

## PUNCTVM XIII.

Quæ vxoris bona ob eius delictum publicentur.

1. *Mortuo viro, si bona vxoris vidua publicentur, publicatur dos, paraphernalia, & alia, quæ consensu matrimonio acquisiuit.*
2. *Confiscare matrimonio si vxor delinquit, non publicatur eius dos spectato iure communi: exceptis quibus casibus.*
3. *Attento iure regio Castellæ dos publicari potest.*
4. *Nunquam confiscatio extenditur ultra id, quod vxoris est proprium.*
5. *Quando publicatur dos, an eius usufructus publicetur, negant aliqui.*
6. *Probabilis est publicari.*
7. *Satis si ratiocibus num. 5. adductis.*
8. *Quid si pactum esset inter virum, & vxorem, vt committente aliquo delicto confiscatione dignum transseant bona illius ad alium? Affirmant plures: non impediuntur confiscationem.*
9. *Probabilis videtur oppositum.*

1. Aliqua sunt in hæc re pro certo tenenda. Primo certum est mortuo viro, & publicatis bonis vxoris viduæ ob eius delictum, publicari dotem, paraphernalia, & omnia alia, quæ constante matrimonio acquisiuit, quia huius omnia bona, quæ sunt delinquentis, sibi viuipar, cum publicationem facit, sic Clarus *quest. 78. vers. quarto si bona.* Sanchez *lib. 2. cap. 17. n. 25. in princ.* Bonacina *disp. 3. de contrah. q. 8. vlt. §. 1. n. 17.* pluribus relatis Farinacius *quest. 15. n. 112.* & facit text. in *l. si constante, §. fin. ff. soluto matrim.* & ibi notat Barr. Bald. Paul. Imola, pro vt refert Anton. Gomez *l. 78. Tauri, num. 5.*

2. Secundo est certum attento iure communi, si vxor delinquerit constante matrimonio, non posse eius dotem, bene tamen reliqua bona publicari, nisi in quibus casibus, videlicet in crimine læsæ maiestatis, vis publicæ, partidij, veneficij, & sicarij: quia sic habetur expresse in *l. quinque legibus, ff. de bonis damnatis.* cum enim eo tempore vit domus dotis dicitur, *l. dote ancillam, C. de iure dotium;* nouit Imperator ob quolibet crimen nisi ob hæc ita graua, dotem vxoris publicare: sic tradunt Doctores nuper relati, & quauis in *supradict. l. quinque legibus,* non fuerit facta expresse mentio hæresis, non est dubium ad illam esse extendendam, sub crimine enim læsæ maiestatis comprehenditur; & ita ob hæresim vxoris confiscari eius dotem, sicut & reliqua bona, tradunt Sanchez pluribus relatis *n. 26.* Farinacius *de hæresi, quest. 190. num. 54.* Ioan. Rojas *tract. de hæresi. part. 2. assert. 40. num. 323. & 325.* Anton. Gomez *l. 78. Tauri, num. 1.*

3. Tertio est certum attento iure nostro regio, delinqueret vxore etiam extra illa quinque crimina partem dotis, vel totam dotem confiscari posse; habetur *l. 78. Tauri, quest. lex 11. tit. 9. lib. 5. recept. ibi, la muger durante el matrimonio, per el delicto puede perder en parte, o en todo sus bienes dotales, o de ganancia, o de otra qualquier calidad que sean.* Neque requiritur, vt crimen confiscatione dignum sit, vt possit vxor partem dotis, vel totam dotem amittere. Tum quia textus confiscationis mentionem non facit, tum quia dixit posse dotem in parte amitti; quod alienum est a confiscatione, in qua totum publicatur. Tum quia de delicto generaliter locutus est. Quapropter ex quoquam delicto mulier condemnatur, potest executio condemnationis fieri in bonis ipsius dotalibus, & ita tradunt Matiezo *supra d. l. 11. glossa 1. num. 2.* Azevedo *num. 5.* Sanchez *lib. 1. cap. 17. num. 29.*

4. Quarto est certum in omnibus casibus, in quibus dos, vel pars dotis confiscari potest, confiscationem non extendi vitæ id quod propriam est vxoris: quare si dotem habet obligatam marito, vel alteri reddi soluto matrimonio; si cum non poterit vitare partem dotis in perpetuum, sed ad summum pro tempore, quo vxor frui dote debebat, & illo transacto debet reddere ad substitutum; habetur expresse *l. si dote, C. de iure dotium* quem textum reputat vnicum, & singularem Bald. ibi *2. de iura, & plur.*